Esztergamnál szálla meg; mert a menni nép Budában volt, meg is verhette volna az körösztény tábort, ha el nem ment volna alúla, mert sok megholt és elveszett az török miatt az német gyalogban, sok beteges is volt az ő szokások szerént közöttök.

Pográny Benedeket az nádasasokkal [1]) sajkában alábocsáták az Dunának, az Duna mellett való kastélokot is mind pusztán hadták vala az törökök, hogy Buda alá szálla az had; két ezer emberrel taraczkokkal Nádasdy Ferenczet, ki Dunán túl ország kapitánya vala, és Turzó Györgyöt, ki Dunán innen vala ország kapitánya; ezeknek Adont is megadta vala az török. Mind elégetteti azért Pográny az több kastélyokot, hanem csak Adont hagyja meg, és pusztán hagyák; abban kétszáz magyar gyalogot hagya, élést, port és golyóbist.

Pesten egy regimen németet hagyának, és az Morvaország is kölde 3 ezer gyalogot belé; ezek megerősíték Pestet az Duna felől, és árkot is ásának köröle mindenfelől; nagy éhséggel telelének benne, ebet, macskát mind ötték, míg az Duna befagyva volt, azután hajókon elég élést vittek nekik.

Az táborbúl az német mind az vármegyékre szálla, hogy nem fizethete meg neki az fejedelem; ezek szabadon dúlák, foszták, ronták, rabolák az országot, sem nemesember háza, sem úré, az kinek vára nem volt, meg nem maradott, hanem mindent elraboltak, lovakot, barmokot, mindeneket elvittek, sem asszony-állatok, sem semmi rend előttök meg nem maradhatott, hanem ha elfutott, vagy várban szaladott. Nagy keserőséggel, nyomorúsággal

[1]) Naszádosokkal?

ostorozák a szegény magyar nemzetet, az ide fel való részét az országnak. Erdélyben az német had volt, az Tiszán túl is, onnén nagy rettenetesen elpusztéták az oda való részét az országnak.

Alítván az török azt alítá, hogy az keresztény had Buda alatt telelne; tatár császárt, az ki Havasalföldére ment vala, ugyan télben kiköldé.

Az tatár császár 20 ezer tatárral Pestbe szálla; és az körölvaló végvárokban elérkezett még vala Februárnak az végében; teletszaka Szala vármegyét, az Mura-közt Csáktornyánál nagyobb részre mind elpusztítá, az varasdi mezőt is Kapronczától fogva mind Verőczig elrablá; Kapronczát meg nem vehetté, de az hostátját elégeté.

1603.

Az római császár ismég győlést hirdete Posonyban, és minthogy Mátyás herczeget az öcscsit Ratisbonában köldte volt az Imperiumbeli győlésben: az stíriai herczeg öcscsit, 18 esztendős ifjut köldé Pozsonyban az győlésben maga hellett. Ott az szegény magyarok váltig nagy keservesen panaszolkodnak sok nyomoruságokrul, de nem lőn ki meghallgassa őköt. Az hadakozáshoz igérének anni segétséget mint tavaly, és fölköldének követeket császárhoz Prágában, az erdélyi püspököt Náprádit, Révay Pétert, Jó Jánost és az Fölföldrűl két nemes embert.

Az püspök ilyen oratiót tön császár előtt:

Habita coram Caesare in audentia 15. Aprilis per Hungariae Legatos, Reverendissimos et Magnificos Dominos Demetrium Náprády Episcopum Tran-

sylvaniae, Joannem Joo, et Petrum Révay, Anno Dni 1603.

Mirabitur forsan Majestas Vestra Caes., quod eam in tantis ad totius reipublicae christianae salutem et incolumitatem pertinentibus negotiis nunc assidue occupatam, Vrae Mattis fideles subditi, Hungariae Status et Ordines, per nos, quos ex Comitiis, ante paucos dies Posonii celebratis, ad Vram Mattem communi sententia ablegarunt, importune interpellant; sed fides, amor et obsequium, quibus in Mattem Vram feruntur, deinde ipsa necessitas qua premuntur, eos ad hoc compulerunt. Quid est cur non debeant Mattem Vram eo, quo filii parentem pientissimum (?), amore prosequi? quando ab eo solo tempore, quo anno 1572. omnium Ordinum ejus Regni fausta acclamatione, corona S. Stephani Regis angelica augusto Mattis Vestrae capiti imposita fuit, nihil in ea praeter virtutes heroicas, singularem curam, diligentiam in rebus agendis assiduam, providentiam plane caelestem, et in gentem Hungaricam praeter alias, quas imperio suo subjectas habet, propensionem animadverterint. Vires omnes Mattis Vrae ad vindicandum ex manibus tyranni hoc Regnum, externorum quoque principum subsidiis, cura et labore Mattis Vrae undiquaque conquisitis, adjunctis, intentas fuisse, ac nihil eorum, quae vel ad vincendos hostes, vel ad gloriam gentis nostrae immortalem pertinebant, praetermisisse, non hungari tantum, sed et externae gentes, ibi barbari ipsi hostes luce meridiana clarius contemplantur, fortunae Mattis Vrae applaudunt, victorias mirantur, felicitatem venerantur. Hostium vires, contra quos nullus unquam imperator, nullum regnum, nulla gens Vra Matte aut felicius

pugnavit, aut castra tot annis, tanto cum apparatu produxit ulterius, extenuatas admodum fractasque, et jam jam cum exiguo labore et diligentia funditus exterminandas, pacemque desideratam, quae jucundissimus bellorum finis est, nunc prae foribus stare, universa laetatur Hungaria.

Prodeat hostis, cujuscunque sit ille generis, quicunque contra Mattem Vram arma produxerit, et non fuit fugatus, victus, prostratus; in Germania passim jam aliquoties exorta incendia, virtute et vigilantia Mattis Vrae vix in flammam erumpentia, in ipsa fumigatione suppressa, extinctaque; Transylvania, quae non tantum Matti Vrae ac suis beatae memoriae progenitoribus, sed et ipsis Othomannicae gentis principibus difficiles peperit labores, in ordinem redacta, ejusque perjurii et defectionis terribile exemplum ad omnem posteritatem, dici vix potest quanto cum excidio, transmissum.

Turca autem, qui minis crebris (?) variisque territamentis, exercitus, dominii sui magnitudine, spem certam victoriae suis Asiaticis promittebat, quantopere pecunia, milite, fervoreque illo pristino destitutus sit, illud unicum argumento esse potest, omnem jam suam spem non in mollitie et splendore Asiatico, non in veteranorum militum, qui fortuna Mattis Vestrae variis in praeliis in Hungaria fortiter commissis, passim occubuerunt, vi et fortitudine, sed in sola eaque inordinata Tartarorum excursione, rapina, praedaque, quos primis bellorum initiis contemnebant, posuisse.

Quibus vel semel in fugam abactis, aut turpiter stationem suam deseret, aut diuturna belli mole Mat-

tis Vrae fatigatus, ad sollicitandam pacem pudore perfusus veniet.

Eripiant igitur hanc Vestrae Mattis fortunam, hancqe nominis gloriam, si volunt aut possunt, sive Romani, sive Graeci, sive Gotthfridi, et cum tam potenti hoste in uno theatro, spectantibus totius mundi principibus feliciter 12 annis decertent. Aemulentur si placet reges et principes terrae tot clades tantaque victoriarum tropaea, quae Matas Vestra de atrocibus nominis christiani hostibus tulit, vel aquilam et lunam, tot annis in arena acerrime pugnantes, otiosi admirentur. Dignum itaque erat, ut Hungaria, eminentissimum hujus certaminis theatrum, de tam celebri et tot virtutibus parta gloria, ob tot commissa in campis feliciter cum hoste praelia, finesque recuperatos, tandem aliquando coram Vra Mtte gratularetur, eiusque felici gauderet incolumitati.

Utinam praesente Vra Matte in Hungaria, non per legatos ut jam, sed omnium Ordinum hilari facie, communique ore, laetissimo applausu haec posset fieri gratulatio.

Cujus in Hungariam desideratissimo adventu ab eo tempore, quo Vra Majestas ab illo regno abiit, nihil Status et Ordines avidius exspectant, nihil dulcius aut antiquius, et ad ejus regni solatium, hostique terrorem incutiendum praesentia Mattis Vrae existimarunt convenientius.

Non tunc barbarorum furor, per totum fere annum, tam hyeme quam aestate, ferro et igne per Hungariam superbe grassaretur. Non tot animas in perpetuam servitutem abduceret, nonque in tam parvo numero excursiones et depopulationes, quae ipsi interdum, non ita virtute sua, quam ignavia nostra,

feliciter succedunt, per Regnum tanta securitate fecerit.

Nunquam certe, si Matas Vra praesens fuisset, tot oppida, tot villae ad multa millaria incendio deleta fuissent. Non vastata per longum spatium solitudo, tot millia populorum caesa, et in captivitatem abrepta lugeret, sed neque christianus miles, qui apud omnes gentes, etiam barbaras, intra limites militaris disciplinae contineri solet, tam inauditam in fraternum, vicinum et pristinum sangvinem saevitiam exerceret.

Non afflicti rustici per saxa, per montes, nudati omnibus rebus, quae illis difficilis labor dedit, aut hostis barbarus, praeda alioquin onustus, reliqit, cacumina et cavernas montium refugia et latebras quaererent; non civitates, oppida, pagi squalore et luctu obducti, tot direptiones et incendia paterentur; virginum et honestarum matronarum, quibus a milite christiano palam impune vis infertur, intacta et secura maneret pudicitia; domus et curiae nobilitares, quibus vim intulisse olim sub poena capitalis supplicii nefas erat, dominis suis verberibus exceptis, familiaque impudice tractata, immodestos et ingratos hospites non exciperent; subditi Vrae Mattiae, per aestatem multis subinde bellorum laboribus molestis fatigati, hibernatione et molestatione militum continua prohibitis, de futuro aestivi temporis bello, de apparatu castrensi, de contributione... (?) sufficienter administranda quieti et securi consultarent.

Haec omnia et alia mala vel unicus Mattiae Vrae ad nos adventus continuo tolleret; barbarorum superbiam, qui Agria et Canisa interceptis, dilatandorum finium Otthomannicae tyrannidis spem haud parvam

conceperunt, comprimeret; animos vero multos, partim regni vastitate, partim ob haec mala contristatos et dejectos, dulcissimo pientissimoque suo conspectu erigeret, solatio afficeret, et ad difficillima quaeque agenda intenderet et inflammeret.

Dignum profecto regnum esse, quod Vrae Matti Caesareae primitiae, quasi ad majores dignitates fortunas, coronas regnorum amplissimas, ad gloriam immortalem, ad majestatis imperialis diadema auspicium fuit; regnum, quod Matti Vrae ex tam forti et diuturno cum immani hoste Turca certamine insignem fortunae et virtutum splendorem apud omnes christiani orbis principes peperit; regnum, quod sex centenis annis, quamvis toties hostilibus armis cruentatum, forti et constanti animo cum hoste numerosissimo bellum gerit, svavissima et paterna sua praesentia exhilarari.

Graeca terra Xerxis, regis Persarum exercitus magnitudinem semel vix sustinuit. At totam molem Asiaticam Scythicamque, quam summi (?) Imperatores Turcici in persona propria multoties tractarunt, sustinuit Hungaria. Rebellavit Graecia proprio regi tunc, cum hostis numerum majorem suo vidit, cum bellicis molestiis aliquantulum fatigata, victas inimico dedit manus. At immobilis, constans et animosa, fidelisque, tot animo pondere calamitatum pressa, perstitit Hungaria. Regnum hoc, inquam, tanti momenti, totius Imperii occidentis maximum propugnaculum, ut Vrae Mattis svavissimo conspectu semel consoletur, ut in juribus legibusque solitis et ordinariis officiis, literarum expeditionibus forma et modo consiliorum antiquo, quae sub his summis (?) injuriis nonnihil a via ordinaria exorbitarunt, benigne

servetur, ut, denique, ab injuria militum tam inaudita defendatur, sicuti par et conveniens est, ita omnes Status et Ordines Vrae Matti, uti Dno Dno suo clementissimo, una voce et mente humillime supplicant.

Sed quia ea mala tam multa et gravia forent, ut eorum ambitum nulla circumscribere sine aurium Majestatis Vrae molestia posset oratio: hic Vrae Matti partim publicis, partim suorum privatorum scriptis ea exhibemus, supplicantes demisse, dignetur Mattis Vra, nacta occasione illa clementer perlegere, nosque ad fratres nostros, Vraeque Mattis fideles servitores, gratioso et benigno quam primum remittere responso; intelligat afflicta Hungaria, se regem habere providum et patrem propitium, hostis fortem athletam, miles insolens ducem.

Supplicatio Regni Ungariae.

Sacratissima Caesarea atque Regia Majestas, Dne Dne nobis clementissime.

Status et Ordines Regni Hungariae, Mattis Vestrae Sacrmae fideles et humillimi subditi, imprimis fidelia et constantia eorum servitia Matti Vrae Sacrmae humillime offerunt, ac precantur ex animo, ut Vra Majestas ad quam plurimos annos gubernacula omnium suorum regnorum atque provinciarum feliciter teneat, fines eorum cumulatis prosperitatibus et felicibus eventibus augeat, promoveat atque dilatet, deque suis hostibus universis laudatissimos semper triumphos reportet.

Denique quia sciunt experientia, qua ipsa edocti

sunt, ab eo toto tempore, quo Vra Matas divinis auspiciis hujus sui regni Hungariae sceptrum et coronam, ipsorum Statuum et Ordinum mirabili consensu et applausu, est consecuta, maxime vero bello, superioribus annis per tyrannum Turcam subdole et arroganter huic regno illato, nihil eorum per Vestram Mattem fuisse intermissum, quae ad prudentem atque accuratissimam necessariamque defensionem tanti momenti regni atque totius christianitatis pertinere visa sunt; quippe quod non hereditariarum tantum proprovinciarum ac regnorum, sed et totius Sacri Romani Imperii vires auxiliaque quotannis huc converterit, ac insuper ita per Dei gratiam limites ejus protulerit, ut paulo post integre illud e manibus tyranni eripere non magno jam labore et studio posset.

Pro hoc ergo Vrae Mattis tanto tamque laudabili beneficio et vere paterno affectu, Vrae Matti Status et Ordines ingentes et immortales agunt habentque gratias, toto corde desiderantes, ut hanc Vestrae Mattis pietatem et clementiam, demonstratamque in eos beneficentiam, Deus Opt. Max. abundantissime remuneret, ipsi vero omnibus occasionibus de ea humiliter promereri possint.

Caeterum quamvis maximopere vellent, si Vram Majestatem, aliquando magnis gravibusque curis hoc tempore implicitam et occupatam, suis gravaminibus molestare intermittere possent.

Verum posteaquam neminem habeant in terris alium praeter Mattem Vram, ad quem confugere possent, et qui ipsorum miseriis calamitatibusque mederi possit, neque unquam vetitum fuerit subditis, suos dominos atque reges in ipsorum necessitatibus interpe lare, tunc praesertim, quando id ipsorum regum

et dominorum singulari cum mansvetudine, subditorum vero piissima humilitate fieri potuit. Ideo confisi in Vrae Mattis erga ipsos paterna clementia, tum etiam, ne aliquando taciturnitatis, quod nimirum animet apud Vram Mattem, ipsorum nempe Dominum et regem obliti essent, accusari possint: quaedam eorum gravamina Vrae Matti brevi stilo per nos, eorum nuncios, proponenda censuerunt, ea certe spe freti, quod Vra Matas non modo audiet illa mansvete, sed remedia illis adhibebit sufficientia.

Atque inprimis recordari Mattem Vram non dubitant, quam frequenter hactenus, tum per litteras, tum etiam per peculiares suos legatos, maxime autem in Comitiis publicis supplicarint, ut militis copiarumque et exercituum petulantia atque effrena licentia compesceretur. Quae non modo non sunt sublata vel diminuta, sed et in dies majora atque majora mala, pluresque calamitates calamitatibus superadditae sunt; quod ut Vra Matas unico tantum manifestissimo argumento videat et cognoscat, eo jam angustiarum et miseriarum res Hungariae devenerunt, ut etiamsi quam maxime Status volunt, tamen (quod certe plurimum dolent) ex omni eorum substantia praesenti anno vix vel minimam militis manum amplius in campum sistere possint.

Tacent enim, quot hostis saevitia singulis annis vel occisi, vel in servitutem tyranni abducti et ad incredibilem paucitatem redacti sint.

At miles Mattis Vrae, a quo defendi deberent, et quem Vtra Majestas non contra fideles, sed contra ipsum hostem, propugnandae et defendendae eliberandaeque patriae gratia in regnum expedire non sufficienti stipendio solet, quam acerbe, et quam mi-

sere regnicolas hactenus tractaverit, et modo quoque in dies et horas tractet, exprimi nullo sermone potest. Sive enim Superiorem Hungariam quis contempletur, sive Danubialem regionem intueatur, videbit et experietur, adeo per hunc christianum militem omnes ubique angulos devastatos et exterminatos spoliatosque esse, ut regnum, quod olim inclitum, fertile atque floridum fuerat, id nunc incultum, sterile atque penitus deforme et aridum judicare quilibet possit.

Hic dominatur praesidiarius miles toto anno, et villas domosque non rusticorum tantum, sed et nobilium penates, quod olim maxime interdictum fuerat, invadit, inter se dividit, et pro lubitu occupat atque possidet.

Hic miles auxiliarius, e longinquo veniens, non modo transit, sed et sedem locat et omnia sibi obvia diripit. Hic copiae hibernant, et quod incolae sibi a raptu et a convectione commeatus in castra aestate pro sui, liberorumque et familiae sustentatione conservaverant, obliguriunt.

Hic turmae et legiones conscribuntur, ac dum conveniunt, omnia dissipant. Hic exauctoratur non minima pars exercitus, et usque ad pilos indifferenter omnes homines denudat, et ad extremam mendicitatem reducit.

Hic hospes hospitem domo ejicit, ac omni supellectili spoliat, aut si domi eum esse patitur, servituti propriae ita subjicit, ut mancipium potius, quam liberum aut servum esse putares. Addimus Superiorem Hungariam ab aliquot jam annis vix ullum certum ordinarium Germanum aut Hungaricum Generalem protectorem habuisse, sed nunc huic, nunc illi substitutis commissam, atque adeo vel plane dere-

lictam, vel sorti tantum cuidam et fortunae subjectam fuisse, sicque tanto facilius eam periculis subjici potuisse.

Accedit his, etiam hodierno die omnem populum, omnesque reliquias hujus regni libidini copiarum et militum Vrae Mattis subjectas esse, ac dum illas spe defensionis incolunt, tot tantisque cladibus afficiunt, ut praeter communem caedem et perpetuam captivitatem vix majoribus afficere Turca vel Tartarus posset; quas non secus atque ipsum immanissimum hostem uterque hominum sexus timet atque fugit. Posset hoc loco Vrae Matti significari, quod licet ii coloni nobiles, qui adhuc, sive amore patriae, sive autem casu, quod nempe evadere non potuerunt, in laribus remanserunt, mediocri victu pollentes, hasce copias pro facultatibus eorum sustentent: nihilo tamen minus, quam si prorsus nihil acciperent, in ipsos crudeliter saeviunt, quaelibet rapiunt, urunt, villas, domos et templa effringunt, altaria profanant, honestis mulieribus et virginibus vim inferunt, jumenta abigunt, et spolia hostili modo agunt. Verum quia haec jam dudum Vrae Matti nota esse Status non dubitant, tacent ea amplificare, praesertim cum majora sint quam quae explicari possent.

Illud vero tacere nolunt, ipsas regni reliquias, vix jam quicquam aliud amplius habere, quam tantum ipsa rudera amplissimorum olim oppidorum pagorumque, ac solummodo quasdam arces adhuc et parietes (?) extare; reliquum autem vel penitus jam deletum esse, vel brevi deletum iri. Non certe ulla eorum negligentia, vel quod ipsi sibi aut Vrae Matti aliquando vel in minimo deesse voluissent: sed sola et unica militis licentia ac insatiabili illius ditescendi

ac spoliandi libidine; quorum plerique adeo serio intendunt, exsangvinant et praeda replent, ut licet olim pauperes in regnum veniant, postea tamen domum onusti redire possint, vel res direptas in publicis foris et mercatibus divendant.

Quid vero illud, quod variis in locis hospes cum familia sua e rebus suis certa pecunia se redimere cogitur? nonne hoc hostile est? Vallonum praesertim genus quam crudeliter tractet hunc populum, nulla lingva tam eloquens, quae enarrare posset. De quo sufficiat dicere: Illum inimicum nostrum esse, non defensorem. Cujus loco majoribus sumptibus indigentes, vel propinquioris nationis homines conducere et in campum expedire utique longe utilius esset.

Sciunt autem Status et Ordines, fieri non posse, quin militia damnis et incommoditatibus careat, ubi enim bellum, ibi etiam incommoda esse consveverunt. Verum tamen impune omni militi omnia licere, ac hostiliter in nos omnes grassari, id certe nimium est, et quidem etiam apud barbaros rarum, aut nunquam, maxime etiam ideo, quod certum est, Vram Mattem, etiamsi tardius, tamen omnibus suis militibus gregariis et capitaneis satisfacere consvevisse. Sed ne longiori sermone Vra Matas hoc loco molestetur, additae sunt supplicationi huic, nonnullorum, singulorum vero Superioris Hungariae Comitatuum particulares supplicationes et memoralia de militis extrema crudelitate, quam passim exercet.

Non etiam dicunt hoc loco quicquam, de Confiniorum mala provisione, quo enim illa in statu sint, haud dubie satis superque ex capitaneorum relatione notum esse Vrae Matti non ambigunt.

inceptum est) contra has reliquias regni, atque contra vicina bellam gerere? Hostis quomodo et qua arte exercituet, manifestum est. Is enim in propria ditione neque praedas exercet, neque castra metata diu detinet, sed ubi primum Byzantio, illisque aliis Asiaticis oris egreditur, illico in nostram ditionem excurrit, hinc sibi victum, hinc commeatum parat, propriis autem bonis tamdiu parcit, donec extrema necessitas eum cogat. Idem faciant etiam nostri, ubi primum veniunt, statim in conspectum hostis eant, ejus ditionem vastent, illi insidientur, illum mactent, illi damna inferant, non nobis quorum defensionis gratia veniunt.

Observatur praeterea ab hoste, quod solutis castris, Confinia diligenter milite replet, et tantum numerum pro praesidio in eis relinquit, ut facile omni tempore, qualibet necessitate urgente, nostris conatibus resistere possit, reliquum exercitum statim dimittit et exauctorat, neque permittit, ut diutius frustra per vias discurrat.

Quantum credit Vra Majestas prodesse potuisse Camerae et Fisco Regio, si instabile genus hominum et militum statim postquam castra soluta fuerunt, dimissum et exauctoratum fuisset? Quantum etiam profuisset reliquiis hujus regni, si illi milites, quos solutis castris Vra Matas dimittere voluit, in Confinia locati fuissent, ac illic operam navassent? Iis vero in visceribus regni collocatis, ac misera plebe per eos ad extremam paupertatem redacta, jam nedum Vrae Matti aut patriae, sed ne sibi ipsis quidem utiles esse possunt. Quod patet ex diminutione contributionis.

Denique quod fidelium Ungarorum, atque adeo harum regni reliquiarum partes concernit. Certo sibi persvadeat Vra Matas, quod sicut sibi nunquam hactenus defuerunt, sed singulis annis copiosissimo sangvine, et larga erogatione omnium suarum substantiarum, suam in patriam atque Vestram Mattem fidem testati sunt: ita etiam deinceps, quamdiu vel unicus eorum superstes fuerit, et patria sede pulsus non fuerit, secuti vestigia majorum suorum, nihil eorum intermittent, quae ipsos concernere videbuntur.

Neque vero existimet Vra Matas, minimum esse id, quod haec natio durante bello praesenti praestitit. Si enim imprimis ordinarias Regni contributiones, tandem vero insurrectiones, nec non labores, item currulia auxilia, atque immensas expensas in milites factas, (ut interim damna lateant), quis connumeret: inveniet certe singulis annis multa millia florenorum per Ungaros erogata esse.

Quod procul dubio, pro eorum possibilitate hoc etiam anno eodem modo, libentissimo ardentissimoque animo essent facturi, si per militem eis liceret, ac eo jugo et licentia petulantiaque militari sublevarentur, quod Vram Mattem facturam sibi omnino pollicentur, clementissimum expectantes responsum.

Responsio Suae Majestatis ad supplicationem Regnicolarum.

Sacr. Caes. et Regia Majestas, Dominus noster clementissimus, benigne acceptis et consideratis iis, quae sibi Domini Legati Statuum et Ordinum Regni Hungariae tum viva tum scripta oratione exposuerunt, propensae voluntatis inclinatione respondet.

Primo: gratam sibi esse officiosam dictorum Ordinum gratulationem, et prosperorum successuum precationes, optare se vicissim, inclito suo Hungariae Regno, pro quo tot jam annos depugnat, florentissimum rerum omnium statum, ut firmissimus et quasi aheneus sit reipublicae christianae contra immanem et impium hostem murus.

Jucundum sibi esse, agnosci a Statibus et Ordinibus, qua sollicitudine, qua diligentia et cura Sacr. Matas Sua in id tot jam annos incumbat, ut non solum hostem a Regni finibus arceat, verum etiam procul inde rejiciat et repellat, quodque diu ille in potestate habuit, recuperare, uti libenter quicquid vel ex Imperio vel ex aliis regnis ac ditionibus, quicquid apud principes exteros colligi virium potuerit, hactenus convertit, ita ut invicto se deinceps animo convertere paratam esse, ut majorem charissimo Sibi Hungariae Regno securitatem paret, ac libenter ipsa coram adsit, nisi hic in Imperii ditionumque Suarum meditulliis majores opportunitates auxilia necessaria conquirendi habeat, quae difficilius, si Matas Sua procul in Ungaria absit, urgeantur. Quod ad eas querelas attinet, quae de militari insolentia et gravis et frequens est, dolere sibi ex intimis animi sensibus, usque adeo nobile hoc Regnum, quod prae reliquis olim regnis, rerum ubertate ac prosperitate floruerit, in has quae exponuntur, devenisse calamitates, his aerumnis involutum esse; quibus ut liberetur, omnes se se rationes inituram, ut qui exercitibus et copiis militaribus praefecti sint, disciplinam severius et accuratius servent, peculiares constituisse commissarios, qui non tantum militum tribunos et praefectos officii moneant,

sed etiam in ea, quae jam ante incolis illata sint, damna inquirant.

Meminisse autem debere Status et Ordines, ubicunque terrarum bellum geratur, easdem querelas esse; difficulter ita in officio contineri posse diversarum nationum militem, quin exorbitet, quin insolescat, neque id mirum videri debere in externis, cum ipsimet Hungari vel in popularium ac vicinorum, quibus male velint, odium et vindictam etiam alios nonnunquam (quod compertum) adsvescant.

Liberi hajdones contra regni constitutiones quicquid possint, rapiunt, nonnunquam item subditi majori cum numero, levem aut nullam ob causam, milites externos, quod eorum praefecti et tribuni conqueruntur, obruant, dirisque modis in illos saeviant.

Ut vero iis malis remedium adhibeatur, quemadmodum Sacratissima Majestas Sua nihil in se desiderari passura sit, cum et liberaliora ab Imperio subsidia sperentur: sic vicissim oportet, ut Status et Ordines suos in officio contineant, atque annonam, unde milites arripere occasionem solent, tolerabili ac justo pretio promtius suppeditare curent; si quae injuriae graviores speciatim ostensae fuerint, Sacrmam Mattem Suam per Commissarios, quod officii sui munus requirit, serio statuturam.

Et quoniam ex Superiore etiam Ungaria variae de militari insolentia et de capitaneorum defectu querelae adferuntur, in hoc modo versari cogitationes suas, ut strenuos belli duces et praesidiariorum praefectos, a quibus afflicti subditi rectius protegantur, ibidem constituat, ac certiore stipendiorum solutione militum licentiam refrenari mandet.

Hungariae causa reliquas Sacr. Caes. Majestatis

Suae ditiones militum transitu incommoda pati gravissima, a quibus neque propria S. Mattis Suae dominia libera sint, omnia ad defendendam Ungariam tendere, quae nihil de optimo ac paterno S. Mattis Suae dubitare affectu et sollicitudine possit.

Quod deinde Dni Legati de negotiorum Ungaricorum consultatione queruntur, tamquam novo (?) more, praeter consvetudinem antiquam, expeditiones eorum priores fiant (?) vel diversis in consiliis extra ordinem dirigantur :

Respondet S. Majestas Sua : si quidquam in veteri stilo aut consultandi modo mutatum sit, si in specie id indicetur, neqnaquam se praetermissuram esse, quin desiderio Statuum atque Ordinum fiat satis.

Nihil optare se magis, quam ut Regni Cancellarius et aliqui ex Consiliariis perpetuo in Aula, qui quaecunque negotia Hungarica curarent, et in deliberationem vocarent, praesto adsint. Quibus absentibus, non posse se officii regii partes negligere, quin quae ad se perferuntur expediri jubeat, sed hoc plerumque servari, et quidem praecipue in causis justitiae, ut omnino, priusquam aliquid ab se certi statuatur, consiliariorum Hungaricorum judicium et opinio exquiratur.

Quemadmodum et hoc querelae caput cum illis communicandum, ut si quis abusus irrepserit, emendetur, et consvetus usus redintegretur.

Cum privilegia quaedam nuper civitatibus concessa taxantur, tamquam major eorum quam judicum ordinariorum, a quibus mandataria expeditio ad Magistrum Tavernicorum translata sit, ratio habeatur.

Dicit Sacr. Majestas Sua, diligenti consultatione rem illam expeditam fuisse, ita, ut nihil ejus te-

mere ab se statutum aut concessum sit, quod in sinistram partem accipi queat.

Denique ut grata fuit Caes. et Regiae Matti Suae solennis Statuum et Ordinum Regni Hungariae constantis fidei et devotionis, quam exequi per hanc Legationem voluerunt, contestatio, sic perpetuam sese et singularem Statibus et Ordinibus gratiam et propensionem affectum quibuscunque in rebus ostensurum, quae Dnis Legatis quam optime, quam benignissime cupit. Datum Pragae, nona Maji, anno Domini 1603.

Replicatio Legatorum ad responsum Suae Majestatis.

Sacratissima Romanorum Caesarea atque Regia Majestas, Dne Dne nobis clementissime.

Optassemus quidem, si Statibus et Ordinibus ad eorum supplicationem nonnihil uberius et clarius responsum reportare potuissemus. Verum ne Vrae Majestati Sacratissimae, alioquin multum occupatae diutius molesti simus, illud tantummodo adhuc inculcare et humillime proponi placuit, per nos satis specifice fuisse Matti Vrae Sacrmae omnia gravamina declarata, ac constare potuisse tam Consiliorum et expeditionum interturbationem, quam etiam ubi, per quos, qua ratione et quomodo Regnum Vrae Mattis vastetur. De Consiliis et expeditionibus jam audivit Vra Majestas, vix quidquam per Hungaros tractari. Desolatio autem regni luce meridiana clarius est, ac Superiorem Ungariam et Danubialem Rabensemque regionem devastatam esse, idque non minus a milite esse factum, quam ab hoste, maxime tunc (ut tran-

tus illius taceatur, qui etiam plenus damnis et calamitatibus est), quando hibernatio et lustratio ei in regno conceditur, ac nemo eum coërcet, sed impune omnia abripit ac absumit. Quapropter praemonendam iterum atque iterum duximus esse Mattem Vestram Sacrmam, quod nisi singulorm, et potissimum ipsa militis licentia debito modo cohibeatur, fore, ut coloni, extrema necessitate et paupertate nimia adacti, vel omnes ad unum ad exteros ipsosque hostes deficiant, vel autem armis acceptis non in militem tantum praedantem, sed et in ipsorum proprios terrestres dominos insurgant, ex quo quid secuturum sit, non est quod dicamus. Superioris Hungariae delegati suas difficultates Suae Matti uberius proposuerunt. In caeteris Mattis Sacrmae gratiae nos humillime commendamus.

Eiusdem Mattis Vrae

humillimi ac fideles
capellani et servitores
Legati Statuum et Ordinum
Regni Hungariae.

II.

HIDVÉGI MIKÓ FERENCZ

HISTÓRIÁJA.

A MAGA ÉLETÉBEN TÖRTÉNT ERDÉLYI DOLGOKRÓL.

1594—1613.



HIDVÉGI

MIKÓ FERENCZ HISTÓRIÁJA.

1594—1613.

1594.

1. Báthori Zsigmond sok oloszokot hozatván be Erdélybe udvarába, azoknak természetektől s magok viselésektől, a mely jó szokásokban felnevelte vala gubernator Géczi János, megváltozván, idegen országoknak látására, peregrinálásra kívánkozék. Látván akkori nagy urak indulatit, s remélvén azt, hogy abból a peregrinálásból magának hasznot vehetne, kiből az országnak is jó következhetnék, akaratjának nem reluctálhatván, engedni kelle. Elindúlván Fejérvárról, Tordára gyűlést hirdete; ott az egész országtól elbúcsúzik és helyébe gubernatorúl a patruelisát Báthori Boldizsárt commendálja; onnan elindúlván, Újvárba [1]), Kővárba megyen. Báthori Boldizsár Kolozsvárra bemegyen az urakkal.

2. Akkor Bocskay István váradi kapitány levén, kivel Báthori Zsigmondnak anyja egy volt, megértvén, a váradi praesidiummal és Bihar, Szolnok, Kraszna vármegyei főemberekkel Báthori Zsig-

[1]) Értsd: Szamos-Újvárba.

mondhoz megyen, Kristóf Deák [1]) levén az ott való kapitány; Husztból Kornis Gáspár is jelen levén; Jósika Istvánt magával vivén a fejedelem, ki az előtt Oloszországot perlustrálta, és mellette totum fac volt. Ezek sok több fő főrendekkel tanácsot tartván, a fejedelem igyekezetét megváltoztatják, visszahozzák Újvárba. Megértvén az országban ben maradt urak, kik Tordáról a gyűlést Kolosvárra transferálták, el sem oszolván eddig onnan, szándékának változását, mint urokat, fejedelmeket, ismét örömest acceptálják, és eleibe küldék Kovácsóczi Farkas cancellariust, Kendi Sándorral és több, az országnak fő statusival Újvárba, méltóságoson hívják vissza. Honnat megindúlván, kimenvén szép seregekkel eleibe Szamosfalvához, nagy solemnitással Kolosvárba hozák.

3. Az hová beszállván a fejedelem, háládatlan levén, országának tett erős hitéről is meg nem emlékezvén, beérkezésének utána csakhamar, egy vasárnap reggel, tettetvén, hogy solemnitással akar misézni, a jesuiták templomában; felmenvén a nagy urak fejenként, ott ben a tanácsban elrendelvén arra való urakat, szolgákat, kik szándékát exequalják és az urakat megfogdossák ottan, ott ben kötözni kezdék őket, úgymint: Báthori Boldizsárt, Kendi Sándort, Kovácsóczi Farkast, Kendi Ferenczet, Gábort, Ifiu Jánost, Forró Jánost, Bornemisza Jánost, Gergely Deákot directort, Gerendi Jánost, Lónai Albertet, Szilvási Boldizsárt, Szalánczi Györgyöt, kit egyfelé, kit másfelé elrekesztvén; az nap Báthori Boldizsárt viszik Újvárba, a hol azután csakhamar tör-

[1]) Keresztúri Kristóf, kővári kapitány.

vénytelenül édes bátyját megfojtatja, Kovácsóczi Farkast és Kendi Ferenczet Gyaluba, ott exequálják. Más napra, hétfőre virradólag, Kendi Sándort, Gábort, Ifiu Jánost, Forró Jánost és Gergely Deákot a kolosvári piaczon levágatja: e levén a mi édes hazánknak rettenetes veszedelme, ezeknek a nagy uraknak törvénytelen, ártatlanúl való megölése, kik tanácsokkal, okosságokkal kedvét keresvén mind a két körülünk való monarchának, békességben tartották, oltalmazták édes hazánkat; akkor vala az aurea aetas Erdélyben, azután kezdett elromlani, soha nem jö elé többször.

4. Ezeknek ártatlan véreknek kiontásának tanácsi voltak: Bocskai István, Kristóf Deák, Sibrik Gáspár, Geszti Ferencz, Kornis Gáspár, Jósika István, Süveg Albert, szebeni királybíró, s többen, kiknek majd inkább mind olyan vagy hasonló exitusa következék csakhamar. Ugyanezeknek tanácsából farban rugák a török császárral való szép békességünket, az ő esztelekésekből azon késő öszön hadat indítának, az egész ország népét hadra vivék, okot semmit nem adván rá a török, contra jus gentium, violatores foederis et pacis lőnek. Facsát, egy igen rosz palánk most is, akkor is, Geszti Ferencz levén generális, reá menének hogy megvegyék, előljáróban rendelvén amaz vitéz Székely Mojzest, ki a kastélyból kijött ellenkező törököket mikor bevágta volna a hidon, a kapu felől lábát egy taraczkkal meglővén, lova szörnyü halált alatta meghala, magát jámbor szolgái kihozván; az egy vitéz kapitány ember megsebesedésével szégyen vallva térének a hitván palánk alól vissza. Ilyen volt az ok nélkül békességet felbontó had; nem succedál a szerencse,

Isten sem szokta az ilyent segíteni; ez levén első kezdete az én időmben a török ellen ok nélkül való hadakozásunknak; ilyen lőn kezdete, rossz lőn a közepe, annál sokkal alábbvaló a vége, a mint ide alább a több írások megmutatják.

1595.

5. Követeket külde Báthori Zsigmond Rudolphus császárhoz, magát országával oda ajánlani, török ellen való hadakozásokra magát offerálni, az ausztriai házból házasságot sollicitálni, Bocskai Istvánt, váradi kapitányt, más elsőbb rendű tanácsát Süveg Albertet, Szebennek királybíráját. Kívánsága szerint való válaszszal járnak, mert offerálását kedvesen acceptálják, és egy jó öreg leányt, ausztriai Carolus gréczi herczegnek leányát igérik, kit ezen esztendőben nyárban nagy pompával meg is hozának, úgymint Mária Christiernát Fejérvárra.

6. Ezen őszön jöve Szinán passa, szultán Mehemet nagyvezére, Havasalföldire, onnan akart jőni Erdélybe, kinek hírére jöve be a német segítség, mintegy 12 ezer ember, és az ország népe is felülvén, indulának Havasalföldire, de csak a szoros helyekbe, míg a hideg idők eljővén, s látnák hogy a török had elkésett az idővel és megtért. A megtért hadnak utoljába kapdostak a mi vitézink, a hol a Dunát általkötötték volt, Gyirgyónál érvén el a rosszában, régen elköltözvén a vezér minden ármádájával. Hirdették, hogy megverték, hirdethetik ezután is, Szinán passát, de abba semmi nem volt; a mely hadat megvernek, elveszik annak táborát, lövőszerszámát.

7. Erre a hadra tekintve adták volt meg a szabadságot a székelységen levő jobbágyoknak, kik fejenként az ő paraszti fegyverekkel el is mentek vala, a visszaszegezett kaszákkal havasalföldi harczra; de onnan megjövén, nem durála a szabadság, mert nem kezdettek vala jámborúl élni a szabadsággal. Ennek az esztendőnek végén vevé meg Borbély György Lippát, Jenőt, Facsátot.

1596.

8. Jósika Istvánt generálisának tevén Báthori Zsigmond, Tömösvár alá küldé; megszállá, vítatá egy holnapig, szégyen vallva jöve el alóla.

9. Szintén ez idő tájékán szultán Mehemet török császár kijöve Nándor-Fejérvárhoz; általköltözvén a Dunán, Eger alá jöve, megszállá, megvevé, a kinek segítségére az erdélyi haddal kimene Báthory Zsigmond a Keresztes mezejére, ki három mérföld Egerhez, megegyezvén a római császár hadával, kinek generálisa Maximilián ausztriai herczeg; megvívának a császár erejével, de már Eger elkölt vala, a harcz is nem succedála, mert megverék a törökök a kereszténveket.

1597.

10. Őszszel Báthori Zsigmond újolag próbálá Tömösvárát, maga személye szerint megszállá, vítatván, s nagy halmot hajtatván alája: csak hiában fárada, haszontalanúl víván, visszajöve. A török a hajtott halomból egy nagy bástyát jövendő magok oltalmára építe.

1598.

11. Váradot Zatarczi Mehemet passa megszálla, sokáig késő öszön vítatá; de a jó Istennek kegyelme s irgalmassága és az időnek alkalmatlansága megvenni nem hagyá; mert annyi volt az eső, hogy a sánczokból is a vizeknek és sárnak árja csaknem kiöntözé a viadalra készült állapotokat. Akkor Báthori Zsigmond az ország hadaival Sebesváron alól a Körösben egy hegyen feküdt táborban, kit Sárostábornak hívtanak.

1599.

12. Báthori Zsigmond ismét ennek az országnak gondos terhe viselését megunván, öcscsét Báthori Andrást Prussiából a vármiai püspökségből behívatá: Medgyesen országnak generalis gyűlést promulgáltata, fejedelemségét öcscsének resignálá, maga elbúcsúzván; Báthori András cardinál fejedelemségre választaték, a törökkel új confederatiót indíta. A kik pedig az első háborúságnak okai és az urak ártatlan halálának eszközei voltanak, akkor még nagyobb részint éltek, első állapotban voltak, félvén, tartván mind, a jó békességnek végbevitelével hogy az új fejedelem egy testvér atyafiának ártatlan vérinek kiontásáról megemlékeznék: Kornis Gáspár és Sennyei Pongrácz per practicam addig hajták a dolgot, a német gyomor és olosz szív addig nyughatatlankodának, német császár pénze és practicák által: Mihály vajdát Havasalföldiből kihozák ellene Báthori Andrásnak, a magunk hazánkfiai levén vele, kik azelőtt török ellen hadakoztak, laktak Havas-

alföldiben. Azok által Mihály vajda a székelységet jártatván, szabadságot igért, mintegy készen neki nyerendő állapotra kiindúla, a Bozza útján kijöve, a székelység feltámada a nemesség ellen, házokat dúlni, égetni kezdék, az egész székelységen nem lőn olyan fő ember háza, kit el nem rontottak, égettek, dúltak.

13. A vajda Szebenhez siete, itt is volt bizodalma Süveg Alberthez, mert ez is egyik fő oka volt az urak halálának; mindazáltal az ország hadaival elébb érvén Báthori András, a város mellé szálla, de a város semmi tökéletes hűségét, mint illett, urához, országához nem mutatá.

14. Itt erős viadal levén a két nagy had között, Mihály vajdának succedála, mert Kornis Gáspár és Sennyei Pongrácz, a kiken nagy részint állott a hadaknak derekasabb ütközete, nem vívtak; Báthori András a harczról elfuta, Udvarhelyre jöve, ott sok székely főembereknek tanácsokból Moldovába indúla; de híre lőn Csíkban a parasztságnak, kik már feltámadtak volt bennek, útjokat is állván, és derekason utánok sietvén, szent-domokosi határban elérvén, s itt elrettenvén magokban, noha jobb, tágasb és bátorságosb útat választhattak volna magoknak; fejedelmeket, a vele való urakkal, főemberekkel, az árulók itt ölték meg az erdőkön szélylyel.

15. Több urak, főemberek, ki egy-, ki másfelé szaladván, Görgénybe sokan futottak, a többi között Székely Mojzes, Kornis Farkas, Mikó János, az atyám, s többek. — A vajda a harcz után Novemberben gyűlést hirdete Segesvárra, és magát fejedelemnek választatá, mindennek kegyelmességet igérvén. De azalatt egy nemes ember is elromlott, égett

házánál nem ülhetett, övének is nem mondotta, sem ős, sem donatiós jobbágyit csak nem is említette, úgy hogy egy főembernek is sem háza, sem jobbágya; a mivel szaladott várakba, kerített városokba, azzal élt ha mie volt. Nem volt akkor sem főembernek, sem igaz nemes embernek a Székelységen semmie, sőt a kit hol kaphattak, örömest megölték, arról nem is volt semmi büntetés.

16. Oh Istennek bűneinkért rajtunk való nagy ostora! Oh mi bolond nemzetségünknek nagy vakmerősége, istentelen kegyetlensége! a ki meg nem gondoltad azt, hogy elfogyatod a te hazádnak hasznos oszlopit, a kik reád gondot viselnének; idővel azt siratod meg, vagy magad, vagy maradékod.

1600.

17. Immár Mihály vajda Havasalföldének vajdája, Erdélynek fejedelme, a moldovai vajdaságot is ambiálja. Ezen télen reá készüle, és nagy hadakkal tavaszszal Jeremiás vajdára mene, noha a moldovai vajdának híre levén benne, hogy Mihály vajda reá megyen, készen is várta szép lengyel hadakkal, mert Zámoszky cancellarius az Neszterparton volt Hottinnál [1]) táborban sok lengyel hadakkal. De attól szándékát Mihály vajda végbevivén, Moldovát elfoglalá, nagy rész hadait hagyván benne praesidiumúl, triumphussal jöve be a vajda Ojtozon, és Fejérvárra mene székébe Juliusban. Mert mikoron a vajda hadai Hottinhoz érkeztek volna, s egy szép vitéz harczocskát, de nem derekast, adtak volna, és a

[1]) Choczim.

viadal mindkét részről megszűnt volna : a mi már harmadszor országunktól elbúcsúzott urunk, Báthori Zsigmond ott volt Zámoszki lengyel cancellariusnál a táborban; híre levén ebben Székely Mojzes, Csáki István s több uraknak, irtózván az oláh gubernium-tól, tractálni kezdettek ott vele és a cancellariussal újolag való fejedelemségéről. Ennek a Zámoszki cancellariusnak felesége Báthori Kristóf leánya, egy volt Báthori Zsigmonddal, a ki mint ilyen, sógorának állapotját örömest értette, promotióját is igérte, mint majd be is teljesítette.

18. A vajda, hadait, kik vele kijövének, a magyar kopjásit, kik Makó György és Tárkányi István kapitánysága alatt vitézkedtek, Barczaságban hagyá, a rácz kopjás hadait Kőhalom-, Sink-székekre szállítá, a lengyel, kozák hadait Segesvár, Medgyes-székekbe rendelé. Székely Mojzes levén generálisa a vajdának, egy ideig Barczában mulata Botfalván és Földváratt; ott tractálván a kapitány és hadnagy emberekkel a Báthori Zsigmond állapotjáról és a vajdára való támadásról. Azokat, mint magyarokat, hazájokhoz, nemzetségekhez való jó akaratra indítá, hogy ne szenvedjenek olyan tyrannust, hogy ilyen nemes nemzetségen hitván oláhok uralkodjanak, elméjeket, akaratjokat minden jóra hajtá.

19. Onnat Segesvárra (holott házanépe, ipa, amaz nagy szent Kornis Farkas akkoron laktak) mene; onnat, nem mulatván, Lengyelországba mene, hogy hadakat hozasson. A vajdának ebben híre levén, Segesvárról fogva elviteté Fejérvárra Kornis Farkast, levágatá Szemere Mihályt, Farkas Ferenczet.

20. Immár ki kezdett vala nyilatkozni a Neszter mellett elindított tracta a vajdánál; kire való képest az urakat hívatja igen serio; de magokra viselvén gondot, és immár az egész országban való nemesség ebben egyetértvén, kiki maga hazájának szabadulásáért készül fegyvert fogni, kiknek összegyüléseknek praefigált helye Torda.

21. Fő és első ebben Csáki István, ki Kolosvárott a kikkel akkor összegyülekezett az urakkal szorgalmaztatván a magyar fizetett népét a vajdának, sok szép igéretekkel magokhoz hajtván: megindúlának Barczából Makó György és Tárkányi Istvánék, és magokat Tordánál Csáki Istvánnal s az ország népével conjungálák, ott két hó-pénzt adván nekiek. Ezek alatt, mint ilyen utolsó veszedelmeknek veszélyében, látván Csáki István és az urak kevés- és elégtelenségeket a vajdának nagy hadai ellen, folyamodnak Basta Györgyhöz, ki akkoron Rudolphus császárnak kassai generálisa vala, hogy lenne jó akarattal, és a tyrannus oláh fejedelemségnek igájából való megszabadulásban ő is hadaival, kiknek nagyobb része akkor Szatmár körül volt, segítséggel lenne. Meggyőzettetvén az országnak követei által Basta, megszánván nyomorodott sorsunkot, a mi hadaknak szerét teheti, hamarsággal bejöve; német hada levén mintegy öt ezer, magyar lovashada is két ezer, kivel sietett Tordához jöni, és az ország hadaival ott megegyeze.

22. A vajda is nem mulatván el semmi alkalmatosságot, lengyel, kozák, rácz, oláh hadait sietvén Szász-Sebeshez gyűjteni, az egész székelységet melléje hívja; kik örömest is készek az ő országoknak vérei, fiai, urai ellen, a vajda mellett vívni,

élni, halni. Ezzel nem elégedvén, a Végekből is, Jenő-, Lippa-, lugosi hadakat várván maga mellé, kik el is érkeztenek, Barcsai András levén előttek kapitányúl.

23. De mikor ezeknek össze való gyűlésekért várakoznék a vajda, már Basta György is a mieinkkel megegyezvén, és nagy bátorságot vevén az ország hadai ilyen nagy két alkalmatossággal, egyik: hogy jobb és erősebb vitézi, kikhez a vajdának nagyobb bizodalma volt, a Makó és Tárkányi hadai velünk vagynak; második: hogy olyan szép lovas fegyveres had és puskás erős gyaloghad Bastával. Ily nagy reménység alatt, az Istennek irgalmasságában is bízván, hogy Isten még egyszer megszabadít az idegen fejedelemtől, annak rajtunk pogány módon való uralkodásától, megindúlván Tordáról Maros-Újvárhoz szállának; kire nézve a vajda is, immár ilyes feles hada összegyűlvén, megindúl, és Enyeden felül az erdőhöz ki, csak közel Miriszlóhoz, száll.

24. A mi hadaink szép-rendelt seregekkel előjövén Miriszlóhoz, a vajda előhozván hadait, Miriszló és az erdő között szép vitézi játékot exerceálnak, de nem derekast. Basta ezt azért cselekedte, mert a hadakat már ő igazgatta, és a harczot ő rendelte, hogy az ellenségnek szívét eszibe vehesse, és megláthassa az ellenségnek seregét. Itt nem akarván akkor Basta harczot adni, nem volt az ellenségnek is módja hogy vivjon; mert az Miriszlónál való szoros útat, innen kivált, kit gyaloggal, lövő-szerszámokkal megerősítvén Basta, nem volt módja, hogy akkor invadálja a mi seregeinket.

25. Látván azért Basta már az alkalmatosságot, eszében vevén az ellenségnek is mivoltát, a sánczból a lövő-szerszámokat visszahozatja, a falut felgyújtatja, minden sergét visszafordítja, hátat ad az ellenségnek. Ezt Basta, az ő hadakozó mesterséges okossága szerint cselekedte, hogy az ellenségnek feles hadait látván, jobb és alkalmatosabb helyre hozhassa ki, elhivén azt, hogy már fut, és erre való képest rend nélkül kezdi üzni; a mint úgy is következék. Mert a mikoron a Basta és az ország hadai megfordulásokkal már Décsét érték volna, eszébe vevén Basta, hogy szintén ideje a megfordulásnak, vitéz módon nagy bátorsággal, mind magyar és német hadak megfordúlván szemtől szembe az ellenségre, minden tartózkodás nélkül az ellenségnek szeme közé sietvén, meggondolván, hogy az nap leszen vagy szabadulásunk, vagy ha nem vívnak, utólsó veszedelmünk, vitézi módon nagy bátorsággal az ellenségre menvén, Istennek kegyelmes tanácsa, segítsége által a győzedelem nekünk szolgála, és a vajda, számtalan hadainak elvesztésével, onnat elfuta. Itt valóban sok szegény bolond székely atyánkfia vesze; megesék nekiek a szabadság, a nemes emberek levágása, kergetése.

26. A vajda elszaladván és elfutott hadait összevervén, azokkal Fejérvár felé tartván, Kornis Farkast a fogságból előhozatja, és a feredő háznál levágatja; onnat Fogaras felé és a Barczaságra siet, a hol a Havasalföldéből és Moldovából jövő segítségre talál, megegyez. A székelységnek maradékit újolag hívatja, de azok nem mennek; ott hadaival Barczát mind elégettetvén, általment a Bozzán Havasalföldére. Basta és az ország hadai bemennek

Barczába, onnan oszolnak el Három-székre quártélyokba.

27. Ide a Barczába érkezék Székely Mojzes szép seregekkel; de a mely derekasabb hadakat hozott vala Lengyelországból, már nem kelletvén, Csikból általbocsátá Moldovába a lengyel cancellariushoz.

28. Basta azalatt lakék Sepsiben, Uzonban hadaival, és ott körül; Csáki István Léczfalván, Kézdiben, a vármegyék hadaival; Székely Mojzes Borosnyón a vitézlő népnek egy részével és a több helyeken, hogy refrenálják a székelységet; a mi meg is lőn. A régi lófő, darabont személyek megmaradának az előbbeni szabadságokban, a szabad székelyek esének előbbi uroknak jobbágyságába.

29. Ismét késő őszszel sz. Márton nap után kiment Basta és Csáki István Kolosvárra; az ország hadai kiki házához szálla: mert Zámoszki lengyel cancellarius kikergette vala Havasalföldéből is Mihály vajdát, oda collocálván Simon vajdát. Mihály vajda elfutván Havasalföldéből is, általjön Erdélyen a Sil után Hátszeg tartományára; onnan megyen ki Jenő felé a német császár birodalmába Magyarországra. Moldovában helyben marada azelőtti Jeremiás vajda.

1601.

Interlocutores sunt: David Ungnad, Praeses Consilii Bellici, Comes Hardek, Praefectus Jaurinensis et Narsalcus, Praun, Praefectus Comaromiensis, Gall, magister artelariorum bellicorum.

Hardek. Esto demum ad me, Gall; enim vero nihil loci est segnitiae, neque socordiae fictae; nunc nova fallacia manibus pedibusque promovenda est, quae animum meum adobrutum adstante curarum fluctu pristinae tranquilitati restituat; neque enim, Pol, die, neque nocte somnii habeo copiam. Gall. Gall sum non Oedipus: quibus sollicitudinibus noctes diesque animus tuus agitatur (?), edisseras. Hardek. Nil utar circuitionibus, aperte modo rem loquar. Oppugnatio obsessiove Strigonii mihi cordi non est, quodque hactenus irritos conatus habuerit, tibi et fratri nostro, Davidi Ugnod, istam debeo gratiam; utpote quorum consilio et impulsu ex priori oppugnationis statione tormenta in alium sunt translata locum; alioquin jam pridem in potestate nostri Principis Strigonium devenisset. Quod ne nunc fiat, inprimis nobis elaborandum est. Gall. Jam perspicio, quorsum tendas, dum consilia

nostra fallacia tuarum (curarum?) fomenta statuis, et pro technis in rem tuam fauentibus habes, assequar simul, quod facinus novae fallaciae figmento insignias, argutum nempe consilium nostrum, quo persvasus Princeps, non exploratis Hungarorum et Stiriorum catafractorum judiciis, solutionem obsidionis identidem animo volutat. Hardek. Rem acu tetigisti. Gall. Quid, quaeso, tamen urget scrupulus, quae curae animum diuturnae trahunt, si succederet oppugnatio? Hardek. Scisne, jucunde frater, ante annos pauculos servum (?) squalidum macie paupertatis fuisse, nunc vides, qui mihi color, inter (?) vestitus, quae habitudo (?) est corporis, quamque opes non contemnendae; omnia ista haec novo conquisivi aucupio, et hanc adeo primus inveni viam, quae ad facundiam, quietem et opes in Hungaria congerendas mihi planissima videtur, modo inexpugnatum relinquat noster Princeps Strigonium. Principio enim in Hungaria, quam Superiorem vocant, a praesidiariis Suae Mattis militibus promeritorum stipendiorum obligatorias literas mercatus sum aere quam minimo, vel eas absque precio Ulyssëis dolis et artificioso astu atque licaonia fraudè in me transtuli, posteaque, non sine validissimis arietibus, etiam supremorum animos convellentibus, muneribus nempe et adulatoria arte (?) a consiliariis Camerae pecuniam literis obligatoriis inscriptam exsculpsi, vel, si rectius loqui debeamus, convasavi. Gall. Ut te curae nimiae torquent, ita ego prurigine gulae crucior, et siti, infandum, ardeo. Hardek. Siti tam mane ferves rore nondum sicco. Gall. Capacioribus scyphis apud Davidem Ugnod nocte praeterita cum capitaneis Stiriorum perpotavimus, unde siccior vappa Oesophagi canalibus incrustata fauces, guttur et praecordia urget, uritque, nec aliter, quam

reiterata potatione collui et dissolvi potest. Nosti regulam, si nocturna tibi noceat potatio vini, haec iterum tu mane bibas, et erit medicina; adferte vinum, fauces meae nimium exsiccantur. Hardek. Quin prius, amate frater, ausculta, quas ego praeterea calliditates et fabricas accomodationi pecuniarum admoverim, jusque fasque imposui, omnes plebaeas negotiationes in mercatu, foro, catasta, ganeis, macellisque exercerem, non sine veteratoriis artibus. Inaequali enim lance et abraso pondere carnes pecudum militibus Suae Mattis subministravi, mirificis praetextibus et confectis dolis, tauros, boves, equos, caballos, grandes apros a vicinis nobilibus et subditis Suae Mattis extorquere mihi lusus erat; ex tota illa provincia exuvias boum universas, utpote cutes, lingvas, exta et intestina, omnes lanios in manus meas dare coegi, quae ego in nummos illico converti, non difficilius, quam auritus Mydas attactu suo omnia quaecunque .... Saepe cum voluptate recordor, qui cum ferula me castigabat, semper solitus est addere haec verba: .... Non dissimili compendio uxor mea ex solius lactis, butyri et caseorum annona haud mediocrem pecuniam conflavit. Saepe quidem obstrepebant Hungari, et libertatum, legum ac jurium suorum per me labefactari auctoritatem non semel conquerebantur acerbissime: verum ego hanc eorum vecordem confidentiam ita sum ultus, ut nonnullos, sceleratorum instar captos, in vincula et carceres conjecerim, alios vero, virulentis probris et turpibus conviciis tractatos, e conspectu meo foras propulsarim, adjecta dira comminatione severioris vindictae, nisi ab insectatione mearum fraudum sibi temperarent. Et haec feci absque formidine, et certa spe impunitatis, eo, quod e vivis

nondum esse sublatum Davidem Ugnod. fratrem nostrum studiosissimum, certo intelligerem, haberemque apud Caesaream Majestatem praeter ipsum alios insignes advocatos, quorum fideli opera, studio, industria et contentione omnes querimoniae et accusationes, frigidam (fidelitatem? fraudem?) nostram apud Caes. Majestatem suffundentes, consopirentur, et lituram delebilem subirent. Eadem fiducia fretus, non contemnendo pondere auri et argenti, profugum Vajvodam Valachiae artibus graecanicis et per obtrusum palpum excoecavi (?). Gall. Mihi vero dudum animus est in exonerandis doliis, cum praesertim vinum, vel potius nectar Creticum, heri profundo crepusculo huc appulisse resolutione Davidis Ugnod fratris nostri perceperim: ibo, et jam ubi erit, quaeram, inventumque mihi tibique et congeronibus nostris curabo. Hardek. Imo ego te obsecro hercle, ut audias in latebris perstrictissimi mei pectoris abstrusam congerendarum opum viam, vel ipsam scientiam, cujus adminiculo ex Superiore Hungaria armentis et metallis evasi opulentissimus, et me collocupletavi luculenter; dici enim vix potest aliquis terrae illius feracissimae proventus, ex quo non fecerim quaestum uberrimum, dum non solum factam infectamque auri et argenti inde eduxi massam, sed Harpulum Ciceronis, vel Cacum Aunutrium imitatus, equos, juvencos immensos boves et tauros, absque pensione tricesimae — qua in re fefelli fiscum regni et Caesaream Majestatem — in Austriam abegi, et veluti caudae (?) in meam speluncam, ne qua vestigia pedum rectorum superessent, traxi; postea adhibitis dolis et solitis technis meis, praefectura Jauriensi ad priores facultates meas maximam accessionem et incrementum feci (?); mercatus enim fueram celebriores

genere et divitiis Turcas captivos, quorum aliqui redemtionem suam 80 millibus tallerorum licitati sunt. Hic tantus bolus mihi eripietur subito e faucibus expugnato Strigonio, insuper et praefectura Jauriensis vilescet et sterilis reddetur; mulgeat eam deinde qui velit. An non juste affici debeo commodorum meorum cura? Gall. Ni oculus meus adhuc truculentus me fallit, video fratrem nostrum, Praunum nobis ire obviam. Hardek. Certe is est. Qui frater satis opportune venisti, te ipsum quaerebam. Praun. Audivistine, quanta solertia Hungari omne nostrum consilium de solvenda obsidione et reducendo exercitu Comaromium versus, apud Suam Serenitatem disturbarint et interverterint? Urgent enim solidis argumentis, incumbendum esse potius validiori oppugnationi arcis, proponunt authoritatem Caesaris, ad calculum revocant ingentes sumptus et maximas in bellum erogatas expensas, inculcant totius reipublicae et orbis Christiani communem utilitatem, commemorant hostem adhuc in apertis campis nullum videri, ingeminant obsessos in arce Turcas fame emori, neque adeo diu illos obsidionem tolerare posse, et id genus alia. Affirmant insuper se in civitate perseveraturos, tametsi nos in ulteriori Danubii rippa castra metabimur. Tam arduarum rationum pondere Suam Serenitatem pertraxerunt Hungari in suam sententiam, ita, ut accincti armis, jam se se in civitatem receptent. Hardek. Ingrata sunt haec nova meis auribus. Interfuit huic actioni frater noster David Ugnod? Praun. Quidni, adstitit prope, sed tacuit magis mutus quam piscis. Ad cujus pretii censebitur deinceps mea praefectura Comaromiensis, si potiuntur Hungari Strigonio? profecto nullius, mox vacua, et, quantum intelligo, redi-

gar in summam paupertatem et laborabo extrema miseria. Ut enim praetermittam reliquas ibi crescentes mihi fortunas, sola negotiatio vini, quod ex Turcarum ditione hisce sterilibus annis advehebatur, ingentes pecuniarum acervos mihi accumulavit. Vitam egi tranquillam ducis otiosi instar, vacuus et expers laborum percipiebam involucra amplissima una cum solutione mercedis. Sagacissime diversis excogitatis dolis et fucatis coloribus, ego hactenus navalem exercitum ita cohibui, ne huic oppugnationi ullam prorsus ferret opem vel subsidium, et subdole in effectum dedi, quo major pars militum defectis navibus clam diffugerent, ut vel sic oporteat naves exinanitas Comaromium redire, et nos ibidem castra figere. Hardek. Haec cura etiam me sollicitum reddit; nimirum perhorresco malesvadam paupertatem, sum tamen pleaus bonae spei, nam non inscius es, Suam Serenitatem nullos constantes habere terminos, et paulo momento huc illuc impelli, et in quas velimus posse flecti partes: sed censeo, hoc negotium communicandum cum fratre nostro intimo Davide Ugnod, praeside Consilii bellici. Praun. Ecce illum auspicato huc equitantem cerno. Sed quid est, quod ita nutat nunc ad dextrum, nunc ad sinistrum latus, nunc ad caput equi cui insidet sese contorquens, Centaurum titubantem videas. Gall. Ohe stulte . . . . . non agnoscens, hunc nostrum Silenum ex potu hesterno nondum sobrium, sed ex crapula vertiginosum? Hardek. Heus puer, excurre ocyus ad magistros fori, et significa, me illis strictissime committere, ut proventum officii mei Narsalcatus meminerint, nulli conniveant, ubique a laniis severe exigant carnes et lingvas boum omnes, a curribus vino, pane vel alia venali

annona oneratis, nec non a singulis navibus littori annexis fl. 6, imo a majusculis fl. 10 poscant, praeterea a quibusvis mercatoribus sua tentoria expandentibus fl. 10 extorqueant, ita, ut nec pharmacopolas intactos relinquant, et sedulo vitent, ne lucrum et reditus meae narsalchalis provinciae vilescant vel negligantur. Sed en praesto jam est frater noster dilectus, David Ugnod. Salve frater, David, gratum te advenisse gaudemus. Ugnod. Etiam ego vos salvos jubeo, fratres lepidissimi; sed cur ita vos ego moestos video, facite ut sciam. Celare tamen vos nequeo, me quoque non minus perturbatum esse, quam vos; speraveram etenim nos cito, non modo Strigonio, verum etiam Buda potituros, et cum scirem me paucorum bonorum esse, bona a Caesare ampla et opulenta procerto impetraturum credideram. Mihi enim certe non Hungari, sed Hungaria placet, ideo etiam firmissime perjurio illis me junxeram. Arte est vivendum, fratres. Hardek. Ah, perjucunde frater, a me intellexisti, quanto artificio Hungari catervatim ad Suam Serenitatem concurrunt, nostrum consilium apud Suam Serenitatem enervarint. Ugnod. Quid ni, adstiti praesens, et quod magis molestum est, plurimi catafracti equites Germani idem cum Hungaris sentiunt. Attamen praesenti estote animo. Num quid? nonne tamen meo studio, quamvis omnium judicia et sententiae reclamarent, in haec subsellia Narsalchatus invectus es? de quibus ne amovearis, enitar pro virili, tuaque consilia adjuvabo. Et nonne antea simili contentione maximopere adversabantur nostris consiliis Hungari, ne ex prioribus vallis munitioribus a parte Danubii positis tormenta educeremus: nihilominus tamen Serenitas Sua, nostra persvasione circumventa,

ad translationem tormentorum in hunc locum nobis assensum praebuit; et quod versipellius est, ego sub initium hujus belli consilia svadentium ad conducendum ex aliis pariter (?) nationibus militem, velut Italis et Hungaris, irrita reddidi ac astute elusi, ut Papa non legiones militum et copias Bannitorum, sicut in animo habuit, sed exercitum pecuniarum duntaxat mitteret, elaboravi. Etenim non ex militibus, sed ex pecuniis ditescere nos posse autumabam. Alioquin scitis, fratres, quam exile stipendium nobis Caesar pendat, ut si naitatae calliditates nobis auxiliari desinerent, nos cum liberis nostris rerum humanarum miserabile efficeremus spectaculum. Porro, non esse danda stipendia neque Hungaris, jam pridem centum argutiis, adjutus vestra opera, extorsi. Cuperem Hungaros unam tantum cervicem habere, ut vel uno ictu omnes jugularentur; plus praestantiae reperies in bis mille lancigeris, quam in bis senis millibus Hungarorum. Gall. Pudet commemorare, quam saepe, audito strepitu folii et visis rerum inanimatarum umbris, in fugam se conjecerint timidissimam. Quamobrem ne res et decus nostrum ulterius periclitetur, dimisso exercitu, patriam repetamus; sicut coepit, pereat Hungaria. Ugnod. Proinde, fratres, sollicitudinem istam quae vos cruciat, amittite; Sua Serenitas nobis adjuvanda est, summa totius Consilii penes me est, ego ergo sum Praesidens Consilii bellici; scio, et filius meus dilectus et primogenitus fortisque athleta Nicolaus Pálffy voto meo minime contrariabitur; non admissis in Consilium nisi Austriacis, eo inflectenda Sua Serenitas, ut explosa suae expugnationis sententia, Comaromium castra promoveamus, ibique potius genio indulgeamus. Degere in tanto aestu sub tentoriis, intolerabile est;

Comaromii frater noster Praun commoda diversoria et vinum ordinabit meracissimum. Gall. Recte mones, frater, secus haud velim; ita fiat, ita, sine tuo nutu Sua Serenitas nihil faciet, certum est. Sed cujus prandio jam tractaberis? Dicebas heri, vinum Creticum huc admigrasse, perquirendum est et in lagenas omnes transfundendum; propero, ne alii exhauriant. Ugnod. Bene ambula. Gall. Et tu vale. Ugnod. Heus, frater Gall, et meas lagenas cura impleri, ego efficiam ut cras hinc castra moveamus.

II.

Querela ad Caesarem.

Christiadum orbis apex, Rodolphe, precari
Cui me fata jubent: bellum cum gente gerendum est
Indomita: esse tamen par tanto diceris hosti,
Si modo frena manu, puppis modo vela gubernes
Ipse. Quid incautum Phaëtontem imponis Olympi
Curribus? et cernis cur ingens traditur agmen
Ducendum Austriacis? qui tantum cornibus exstant
Sublimes, habitatque in mente lepusculus amnis (?),
Sed cor avaritia vel fervet amore Falerni.
Non istis ducibus moderantur rite cohortes
Contra hostem audacem et cui sobria mens est,
Cor patiens aerumnae, bello dextera fortis;
Sub ducibusque istis non recte militat agmen
Teutonicum; circumspice; lusus, stupra, rapinas,
Per nomenque Dei convicia dira Cyclopum,
Inque tuo grege tot caedes impune peractas,
An non haec oculis coelo Divus aspicit aequis?
Poena secuta, pavor, trepidansque per ossa cucurrit
Formido, quae lancigeros vel mille coëgit
Turcarum triginta ante ora fugacibus uti,

Abjectis armis,pedibus; pepulere trecentos
Allemanos Mahometigenae bis quinque vel octo.
Visa est umbra telis (?) miseros perterruit umbra,
Pallentisque animi tinctae fuligine frontes,
Lividaque ora.....notae, quod dedecus omnes
Annales scribent, longo et narrabitur aevo.
Luget cum vidua natus innuptaeque puellae,
Agricolaeque gemunt caesos ad aratra juvencos,
Dispereunt segetes, viduantur fructibus agri,
Subditum opprimit.....descenditur orbis,
Fortunae abierit dum se porrexerat usum (?)
Temporibus brumae sat clarus Marte Tifenbah
Nupturisans thalamo placidam quaesivit amicam.
Nec finem haec habitura videntur tela malorum,
Ni gladio accinctus praesens tua castra revisas,
Aut ducibus solidis belli committe tridentem,
Quos Superum timor et regit observantia recti.
Non agit harpiam qui Christo militat heros,
Verum impone caput membris, ut quo sit eundum,
Mens et pes videat; penitus ne decidat imam
Majestas in humum tua et instans corruat orbis
Christicolum, cujus ratio tibi danda ruinae est,
Ni caveas, Judex cum venerit orbis et Orci.

Cornelius Tacitus
individuus Comes castrorum recensuit.

III.

Pia oratio Stephani Illésházy, eotum in Polonia exulis, ad quosdam nobiles Comitatus Liptóiensis missa Anno 1604.

Domine Deus, magne et terribilis, custodiens Pactum, et misericordians cum convertentibus se ad te! Obsecro, recordare misericordiae tuae antiquae,

qua patres nostros ex Scythicis eduxisti cavernis, et ex paganismo ad te — ut salvarentur — convertisti, et evexisti eos, dedistique eis regnum lacte et melle fluens. Confitemur, Domine, adversum te peccata nostra: peccaverunt patres nostri, peccavimus et nos, inique egimus, recessimus a mandatis, et judiciis tuis non obedivimus. Et ideo abominatio et confusio faciei nostrae, sicuti hodie est. Tibi autem Domino Deo nostro misericordia et propitiatio! Superinduxisti nobis malum, quale nunquam fuit sub omni coelo. Haereditas nostra versa est ad alienos, omnibus nationibus in praedam et opprobrium exquisiti sumus, pupilli facti sumus absque pane, matres nostrae viduae factae sunt, et imminuti sumus plus quam omnes gentes. Non est hoc tempore dux et princeps inter Hungaros — extranei et gentiles dominantur nobis, qui adolescentibus nostris impudice abutuntur, viros et mulieres in perpetuam abigunt servitutem, senes et infantes tanquam inutiles occidunt, nec est qui eos sepeliat, sed bestiae et volucres coeli eos devorant. Defecit gaudium et consilium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster, cecidit corona capitis nostri. Vae nobis, quia peccavimus! Tu autem, Domine, in aeternum permanebis..... Et nunc, Domine, avertatur, obsecro, ira tua et furor tuus a nobis, et exaudi orationes nostras, ostende faciem super populum tuum nunc egenum, propter temetipsum, inclina, Deus, aurem tuam, aperi oculos, et vide desolationem nostram. Placare, Domine, placare! et consumatur praevaricatio nostra. Accipias finem peccatorum nostrorum, et non amplius recorderis illorum propter meritum obedientiae et amarae mortis filii tui Domini nostri Jesu Christi. Neque enim in justificationibus

nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam sed inclinamus humeros et cervicem in miserationibus tuis multis. Innova ergo dies nostros, sicuti a principio, averte iram tuam a nobis, et libera nos propter Temetipsum... Quare in perpetuum obliviscéris nostri, derelinquens nos in longitudine dierum? Recordare, Domine, misericordiae tuae antiquae: converte nos, et convertemur; neque despicias, Domine, eloquia oris, sed in anima contrita et spiritu humili suscipiamur. Placeat tibi, Domine, placeat hoc sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, quoniam non est confusio confidentibus te. Et nunc sequimur et tenemus te in corde nostro, et quaerimus faciem tuam. Ne igitur confundas nos, sed fac nobiscum juxta mansvetudinem misericordiarum tuarum, quae in seculo sunt et erunt innumerabiles, et da gloriam magno nomini tuo. Confundantur qui quaerunt nobis mala, decedant a cogitationibus suis, et convertatur dolus eorum in caput eorum, et robur eorum conteratur, ne dicant quod tu, Deus Abrahami, Deus Isaae, non es Deus Hungarorum, et ut sciant omnes gentes, quod Dominus est nomen tuum, et tu gloriosus super orbe terrarum. Plena sunt coelum et terra misericordia tua, Domine! Fac et nos participes misericordiae tuae, nam et catelli edunt de micis, quae cadunt de mensa dominorum suorum! Et magnificabimus et exaltabimus et laudabimus nomen tuum usque in altissima — quae fecisti — magnalia in secula seculorum Amen.

IV.

Regi Poloniae recitata, et scripto exhibita Cracoviae, anno 1605 die 15-a Julii.

Sacra Regia Majestas, Domine nobis clementissime! Serenissimus Princeps et Dominus noster, Dei gratia Princeps Hungariae, et Transylvaniae, idem ac gens Hungarica nos legatos suos ad Vestram Sacram Regiam Majestatem expedierunt. Quoniam autem Sacrae Regiae Majestati Vestrae, et etiam divis Regni Poloniae Regibus, Majestatis Vestrae praedecessoribus et inclyto Regno Poloniae, non solum perpetua vicinitate et longis terminis, sed et ab antiquo certis quoque pactis et foederibus coniuncti exstiterunt, usu quoque diuturno illud roboraverunt, et ut ne etiam in reprehensionem aliquam apud Vestram Sacram Regiam Majestatem ac inclytum nobilissimumque ipsum Poloniae Regnum incidant, dignum esse judicaverunt, ut Vestrae Sacrae Regiae Majestati causas motus moderni in Regno Hungariae exortas certas et iustas referant, quas ubi cognoverit Vestra Sacra Regia Majestas, vel id quod fecerunt, probabit, vel commiseratione dignos judicabit. Nihilominus tamen casum hunc funestum Hungari neve satis dolere, neve satis deplorare, certo Sacra Sua Regia Majestas persuasum habeat, possunt, neque enim regnandi libidine, neve vero odio aliquo christianae gentis, sed arma defensionis capere coacti sunt.

Hungari diebus suis quantum passi sint: durum cum gente Turcica supra ducentos iam annos bellum gessisse, nunc victos, nunc victores exstitisse, optimates suos una cum regibus et principibus suis aliquoties amisisse, instar antemuralis vicinorum regnorum et provinciarum Christianorum ad Orientem fuisse florentissimi opulentissimique Regni sui excidio assidue iugum servile a cervicibus Christiano-

pro arbitrio suo addebat, adimebat, ac pro legibus regnicolis observandas violenter imponebat, prout et in anni praeteriti diaeta articulum talem statutis publicis contra ius omnium gentium adjecit: quod quicunque causa religionis quandoque aliquid in medium proferret, confestim in poenas combustionis vel desolationis bonorumque suorum confiscationem incidat et reus habeatur; cum tamen Deus Omnipotens neque conscientiarum, neque animarum principibus potestatem fecerit.

Milites Hungaros penitus exauctoraverat, et usque adeo inglorios esse eos voluit, ut etiam peditibus Hungaris, sine quibus tamen esse non poterat, Germanos Austriacos praeficiebat. Quanta insuper crudelitate et tyrannide insoluti milites Regis Germani, Vallones, Itali, Galli, regiones Regni Hungariae quotannis supra Aegyptum vastabant, depraedabantur, caedes et oppressiones manifestas et execrandas in omnes Status et Ordines Regni sine discretione exercebant, nulli sexui parcentes, uxores maritis, liberos parentibus, filias novennas et octenas matribus. tenellas fratribus sorores, innocentes pudicas virgunculas eripiebant, ad libidinem raptis abutebantur, ac postea parentibus gravi pretio taxatas, foedatas et conspurcatas remittebant. Sed quis enarrabit inauditam tyrannidem commissam? Ut honestis auribus parcatur, satius est supersedendum.

De quibus intolerabilibus oppressionibus et extremis miseriis in omnibus comitiis Suae Caes. et Regiae Matti, tam publice, quam privatim, in omnibus locis Hungari lamentabantur, conquerebantur, protestabantur, mittebant Pragam ad Suam Caes. Mattem oratores, humi prostrati supplicando orabant, ne iura

et libertates Regni aboleret, licentiamque militum refrenaret. Postremo appellaverunt Summum Pontificem, Vestram Sacram quoque Regiam Mattem, ut pro Hungaris apud Suam Caes. Regiamque Mattem intercederent; frustra tamen omnia; non responsum, non vocem a Sua Caes. Matte obtinere poterant.

Et ecce dum haec agantur, ex insperato Joannes Barbianus Belgiviossa, Generalis Cassoviensis, fingens se contra Turcas velle aliquid moliri, auget numerum militum Germanorum, conducit Hungaros pedites, nullo stipendio illis dato, spe tantum futurae praedae eos lactans, invadit Serenissimum Principem nostrum Dominum Stephanum Bocskay, arces eius obsidet; expugnantur et depraedantur. Evasit quidem ex arce ipse Princeps noster divinitus adjutus, et confugit ad praenominatos pedites Hungaros per Generalem Cassoviensem modo promiscue conductos, quibus facti atrocitatem proponit, quo discrimine non modo ipse Princeps noster, sed et omnes Hungari constricti sint, exponit, ultima necessitate adactus, cum suis praefatis peditibus castra Germanorum invasit, quos, Deo juvante, profligat.

Tumultus iste bellicus inter Regnicolas et Suae Caes. Mattis milites ita exortus, ex officio Regio cognoscendus et componendus erat, et nocentes ac innocentes non iuxta habendi; verum Sua Caes. Mattas, condicti propositi sui non immemor, hac occasione universum Christianorum exercitum, cum tormentis omnibus, apparatu bellico, quo fretus cum Turcis duce Georgio Basta sub Strigonio pugnabat, contra Hungaros movet, expeditque, qui ferro, igne, caede, nec aetati, nec sexui parcendo, grassabantur in Hungaros. Orta tyrannide, Serenissimus Princeps

noster et adjuncti illi Hungari, non consulto, sed extrema necessitate urgente, quod iam unicum et in tali re supererat, Turcas, inimicos suos, a quibus tot clades et tantas calamitates passi fuerant, in auxilium advocant, ut vitae suae chararumque conjugum et liberorum suorum, labentique ad ultimum iam excidium minatum patriae suae quoquo modo subveniatur (durum telum certe necessitas), coacti arma defensionis sumserunt.

Etsi autem postea Serenissimus Princeps noster et Hungari sibi adiuncti offerebant sese paratos esse in gratiam Suae Mattis redituros, dummodo leges et libertates Regni Hungariae, quas tempore coronationis suae juramento, more antiquitus solito, confirmaverat, iamque per Suam Caesaream Mattem obliteratas illas sacras et sanctas Regnicolis conservaret: frustra tamen omnia; Basta ferro igneque cum militibus Suae Caes. Mattis crudeliter Regnum vastavit, caedesque horrendas sine omni discretione sexus exercere non cessabat, neque adhuc hodie facere cessat, armisque usque modo in Hungaros grassatur et non legibus.

Ad auxilium itaque inimicorum, Turcorum nempe, coacti nobis confugiendum fuit, in tali enim casu defensio etiam brutis animalibus ipso iure naturae admittitur, omnes enim usque ad unum, una cum conjugibus, liberis, familia interemti, certo simul una et patria cara, Hungaria, funditus eversi et exterminati fuissemus.

Orant itaque et obsecrant tam Serenissimus Princeps noster, quam Status et Ordines Regni Hungariae, dignetur Sacra Vestra Regia Mattas tantae eorum miseriae et afflictioni animo christiano pio ac

clementi condolere et compati, iustamque causam eorum ex innata semper bonitate, justitia et clementia fovere, pro commendata habere, semperque sapienti consilio et auxilio dignetur ipsis clementer adesse.

Voluit etiam Serenissimus Princeps noster et gens Hungarica Sacrae Reg. Suae Matti in memoriam revolvere antiqua pacta et foedera, quae praedecessores Vestrae S. Reg. Mattis, reges Regni Poloniae et principes, Domini item Illustrissimi et Magnates, ac eiusdem Poloniae Regni populus cum regibus et principibus nostris ac Regno Hungariae habuerunt, quae omnia usque modo etiam, sub felici gubernatione Vestrae S. Reg. Mattis, semper sancte et inviolabiliter observata sunt,ita, ut non modo utrinque mercaturae libere exercebantur, sed et privatis utriusque sortis et eminentiae hominibus, sine quovis impedimento vel salvo conductu, pacifice, libereque utrinque in utroque Regno proficisci, et quaevis loca peragrare perlibitum fuerit; sed et hoc constat, quanta intercesserit inde ab initio vicissitudo et familiaritas inter utramque nationem, Polonos nimirum et Hungaros. Aliquoties enim ex augustissima domo Regum Poloniae Hungari reges sibi elegerunt et in Regnum Hungariae induxerunt, qui semper laudabiliter et feliciter quoque gubernaverunt; habuit etiam utrumque hoc Regnum, Polonia et Hungaria, aliquoties unum regem, quae omnia historiae et annales Regnorum luculenter testantur; sed et postremis his quoque temporibus, Joannes Rex Hungariae ex augustissima stirpe Jagellonica conjugem deduxerat; praedecessor etiam Vestrae S. Reg. Mattis, divus Stephanus Rex, Hungarus fuit; tempore coronationis quo-

que S. Reg. Mattis Vestrae Hungari Matti Vestrae contra aemulos et hostes suos fidelem operam navarunt; ita, ut semper mutuus amor et bona vicinitas utrinque honeste, firmiter et inviolabiliter observata exstiterunt; ideo Serenissimus Princeps noster ac tota gens Hungarica offert etiam nunc per Legationem hanc nostram praedictam antiquam pacem et foedera, bonaeque vicinitatis studium, tam Vestrae S. Reg. Matti, quam Principibus, Dominis, Magnatibus et universo populo Polonico devote observatura.

E converso, tam Serenissimus Princeps et Dominus noster, quam Principes, Domini, Magnates et tota plebs Hungarica firmiter sibi statuunt, quod Vestra quoque S. Reg. Mattas et Principes, Domini ac Magnates populusque Polonus totus inviolabiliter et sancte eadem pacta et foedera modo antiquitus solito observaturi sint, atque Vestra S. Reg. Mattas auctoritate semper benigna observari etiam faciet, neque tantum vinculum, conjunctionem animarum, sinceramque et antiquam vicinitatem tempore felicis gubernationis Vestrae S. Reg. Mattis periclitari et labefactari (praesertim sine causa) patietur.

V.

Ad Illustrissimum ac Magnificum D. D. Stephanum Illieshazi, Comitem Trinchiniensem et Liptowiensem, Dominum et Patronum observandissimum.

Orationem habitam Cassoviae ad Proceres et Status Hungariae, Illustrissime Heros, solennitati S. Coronae consecravi, non alio fine, quam quod argumentum habeat simillimum, praeterea prudentiae ac sapi-

entiae Tuae primum, deinde etiam pietatis erga patriam, fidei erga Principem luculentissimum contineat testimonium. Sunt enim forte aliqui, qui rectissimis consiliis, salutaribusque actionibus tuis obtrectando labem aspergere, quique suis confusis sermunculis illustrissimi Tui nominis, cumque eo bonorum, pietate et sapientia complurium patriae saluti ac dignitati consuli studentium famam exagitare audent. Vulgi enim veluti astipulationes ac celebrationes nihil habent liquidae ac sincerae commendationis atque laudis: ita nec obtrectationes ac calumniae solidi vituperii. Multitudinis quippe testimonium non modo, secundum Ciceronem, non gravissimum: sed omnino levissimum est. Poniturque id secundum proverbium in aqua fundamentum, quodcumque in opinione et moribus vulgi collocatur. Etsi vero quae ante oculos interque manus sint, ut Poeta inquit, demonstrationem verborum non videntur requirere: tamen Tuarum virtutum et insignium de patria meritorum decora nominis et famae et laudis eximiae debito praeconio non mea saltem, sed omnium, qui honestum atque decus suis ponderibus examinare solent, sententia celebrare possem, si angustiae hujus extemporaneae scriptiunculae sinerent. Non enim intra parietes vitae Tuae privatae, ubi virtutum tuarum imagines eminenter conspicere libet, ingrediar: in theatro celeberrimae Tuae Hungaricae et Turcicae pacificationis constitutus, summaria quaedam brevissima seriatim explicabo ac complicabo.

Objecisti Te primum saevissimae tempestati et flammis belli, te non sine vitae tuae periculo, admirabili animi robore intulisti; sanasti morbum gravem atque inveteratum, et mortalia patriae vulnera, ut

quandoque diffidebas posse curari. Furorem bellicum, ratione, consideratione, ac prudentia summa, salutari prius temperamento veluti modificatum, tandem plane consumsisti. Eodem funestissimo horrore belli exasperatas gentes amicitiae et concordiae vinculo colligasti. Hungariam distractam, et per imbecillitatem ac discordiam servitutis Turcicae jugum vix non passuram, eripuisti. Famam, libertatem Hungariae, jacentem in squalore et tristitia, erexisti. Opus praeclarissimum publicae tranquillitatis et pacis communis, denique felicis status in Hungaria consumasti. Quorum meritorum sincera et accurata consideratione, de Te, Illustrissime Comes, existimo, vere dici posse, in Tua animi magnitudine, fide, consilio revixisse Hungariam, et tuum ingentem spiritum vere esse animam illius, aut si quis haec negat, ita patriae Te natum esse, cujus vitam consilia tua, actiones felicissime complectuntur. Debentur igitur tibi merito coronae, debentur arcus triumphales, siquidem utramque gloriam consequeris, quod pacem cum hostibus confeceris, et quod patriam conservaveris, quae, nescio quo infesto ac miserabili casu, saepius in propria viscera convertit manus. Atque ego vel summam hanc gloriam, vel summae certe proximam, conjunctam cum felicitate Tibi divinitus etiam data, profiteor. Vale interea et vive patriae, Illustrissime Comes, et meae huic velut ex theatro acclamationi ignosce. Deus Illustrissimam Dominationem Tuam salvam et incolumem conservet in annos quam plurimos.

Illustrissimae M. Vestrae

deditissimus
Elias Berger.

ORATIO.

Illustrissimi D. D. Stephani Illieshazy, Comitis Trinchiniensis ac Liptowiensis, habita ad Proceres et Status Hungariae Superioris Cassoviae congregatos.

In quantis periculis versabatur, nobilissimi Proceres universique Status et Ordines Partium istarum Regni Hungariae, et quantis cladibus ac calamitatibus, tam ab exteris hostibus, quam aliis diversis nationibus internis affligebatur et premebatur patria haec nostra dulcissima, quae hactenus tot seculis clypeus, propugnaculum et murus aheneus orbi Christiano fuit: non existimo necessarium coram verbis multis commemorare. Persvasum enim mihi est, neminem vestrum existere tam novitium, qui horum infinitorum malorum aut non reminiscatur, aut certe molem calamitatum earum cum lachrimis et gemitibus non senserit. In avertendis hisce periculis, et componendis undiquoque exortis tumultibus, quae Serenissimus Princeps Matthias Archidux, Gubernator noster clementissimus, auxilio divino, pro sua paterna erga nos affectione et cura, media ac remedia invenerit, ut patria nostra charissima respirare, et viribus reparatis diutius clypeus et propugnaculum totius orbis Christiani persistere queat, Articuli Viennensis Pacificationis horum sunt testes locupletissimi, unde etiam postea reconciliatio tam cum Christiano populo, quam vicinorum regnorum ac provinciarum cum Hungaria confoederatio, quin etiam pacis Turcicae finalis conclusio promanarunt. At postquam nonnullorum pravis ac inquietis malevolorum consiliis Sacra Caesarea Majestas eo impellebatur, ut haec omnia acta et transacta rescinderet ac irrita faceret, nec pacem cum Hungaris et Turcis sancte initam servaret et coleret, id quod

occasionem novorum tumultuum Heidonum, Turcarum stimulis ac conspiratione amplissimam dedit. Maxima itaque necessitas est imposita Serenissimo Principi ac Gubernatori nostro, ut pro sua paterna erga nos cura et amore, et ex officio susceptae gubernationis, quam primum huic malo provideret, ne ipsimet Hungari in sua viscera igne et ferro, prout caeperant, grassarentur, neve Turcae in civili discordia ulterius furiis suis progrederentur. Ideo Conventum Posonii indixit, ut communibus regnicolarum suffragiis via et modus inveniretur, quo pax inita cum Hungaris et Turcis stabiliri et ad finem optatum perduci possit; quae omnia ex relatione Legati vestri, Magnifici Dni Michaelis Czobor, qui huic Conventui interfuit, optime intellexistis, imo et sigillis et statutis vestris superinde editis jam approbastis. Ut vero hujus Conventus statuta in effectum deducerentur, Serenissimus Archidux Matthias saepius per literas sollicite et suppliciter ad observationem pactorum Viennensium requisivit Sacram Caes. Mattem, simul quoque regna vicina, provincias et principes Christianos, quo in cardine negotium pacis versaretur, certos reddidit, utque tam pio et utili conatui ipsius favore ac patrocinio adessent apud Mattem Caes. invitavit. Sed cum nulla ratione Mattas Caes. ad servanda pacta et statuta Viennensia adduci potuisset, et maximum in mora esset periculum, Princeps Serenissimus et Gubernator noster Clementissimus, novam hanc inire rationem coactus est. Primum: ut novis Turcarum molitionibus, induciis fere elapsis, occurreret, me cum aliis certis legatis ad pacem Turcicam conficiendam diversis in locis, Vivarii et postremo Comaromii, destinavit. Deinde in persona cum floren-

tissimo Hungarorum, Austriacorum et Moravorum exercitu Pragam versus expeditionem suscepit, ubi cum Imperator invictissimus Principis Serenissimi et Gubernatoris nostri singularem in gentem Hungaricam affectionem, atque in conservanda patria nostra studium ac industriam perspexisset, studio boni publici permotus, et permansionis totius Christianitatis avidus, abjecit belli consilia, pacem confirmavit, insuper, ut et amori fraterno gratificaretur et officio suo curaeque de salute et incolumitate Regni Hungariae satisfaceret, S. Coronam ejusdem Regni Hungariae cum omnibus clenodiis Suae Serenitati et Hungaris restituit. Quae omnia futuris Comitiis, Posonii, ex Serenissimo Principe et Gubernatore nostro, et ex literis Caes. Mattis uberius cognoscere licebit.

Postquam itaque id, quod diu, quod summis a DEO O. M. ac ardentibus votis consequuti sumus, aequum et justum certe est: ut ante omnia DEO O. M. cujus utpote singularis in gentem Hungaricam praeter spem et opinionem omnium misericordia et benignitas nunc effulsit, ex intimis praecordiis immortales agamus gratias, rogemusque, ut et consilia recta, laudabilia et salutaria capiantur, et actiones consequantur ad DEUM aeternum pietate, ad homines gloriosa existimatione celebres. Deinde dignum est, et maxime convenit, ut Serenissimi Principis Gubernatoris nostri insignia erga Rempublicam Hungariae merita, et divina erga patriam beneficia, prudenter et accurate, absque animo amore ac odii pleno expendamus, et diligenti examine trutinemus. Hic enim Serenissimus Princeps ac Gubernator noster ab ineunte fere aetate pro patria nostra dulcissima arma defensiva sumsit, et in continuis Martis certaminibus et florentissima aetate,

proprio sanguini et vitae suae periculo non parcens, existimationem militaris personae et bellicosi principis laudem maximam, cum insigni pulcherrimarum victoriarum gloria consequutus est. Ita deinceps pacis amantissimum fuisse constat, ut dum plurimi Hungariam diris ac extremis devoverent malis, horrendas belli tempestates minitarentur, et jam palam ab adversariis manifestis oppugnari, ab occultis inimicis obtrectari caeperat: Hic solus ac unicus, tam miseris atque duris Reipublicae temporibus his omnibus occurrit; Hic generoso atque excelso animo restitit; Hujus fide, industria, benignitate faedae ruinae atque labis prohibitae minae sunt, et impendentia nostris capitibus pericula propulsata.

Haec eadem maximi amoris erga nos omnes affectio tandem se se proferens clarior eluxit et splendidior est effecta, dum libertatem Regni Hungariae, quae tot modis, tam bello aperto, quam clandestinis insidiatorum machinamentis vim passa ac deformata debilitataque est, asseruit, vindicavit, illius semper syncerus propugnator et protector extitit. Quid magis? ut constaret omnibus omnem belli victoriaeque eventum ad spem utilitatemque pacis pertinere, a Principe Serenissimo huc dirigi, viresque patriae deploratae recreatione, ocio ac quiete restaurari possint, pacem cum Turcarum Imperatore, qualem antea nunquam habuimus, conclusit. Quae omnia vos non latere existimo, et Viennensis pacificationis articuli evidentissime testantur. At pro tantis his praeclarissimis virtutum meritis illud primum a DEO O. M. praemii accepit: ut ad sacram angelicam Coronam in Hungariam reducendam divinitus destinatur, maximamque omnium Sacri Diadematis

recuperati reportaret victoriam. Quo igitur animo erga hunc Serenissimum Principem ac Gubernatorem nostrum, nobilissimi Proceres, esse debetis? quem affectum testari? Eam profecto gratitudinem declarare nitamini, eam referre gratiam: ut apud omnes orbis Christiani nationes et alias gentes vestrorum praeclarissimorum facinorum ac victoriarum gloria eo magis eniteat, et vestra talis fides et observantia in benemeritum Principem pulcherrimum laudis dignissimae testimonium obtineat. Quemadmodum enim optimus et laudatissimus ille rex olim noster Matthias coronam Regni Hungariae ex Germania recuperaverat: ita hic Serenissimus Princeps et Gubernator noster, Matthias, coronam ex Bohemia sine caede ac sanguine reportavit. Efficite itaque, fortissimi Proceres Hungariae, ut jam tandem hic Princeps Serenissimus et Gubernator noster clementissimus horum laudatissimorum gestorum et meritorum a vobis accipiat fructus. Excitate Hunc eundem vestra animi gratitudine ad majora, ad potiora, pro salute, permansione et stabilitate patriae nostrae obeunda; ut alii principes optimi exemplo hujus Serenissimi Archiducis ad tam praeclara facinora, pro publico bono aggrediendа, ad tam pulchra decora comparanda extimulari queant.

Propediem autem Seren. Princeps noster literas, quibus comitia de electione novi Regis promulgabuntur, expediet, ex quibus omnia fusius intelligetis. Me autem ea de causa huc ablegavit, ut interea dum haec gerantur, quae publicum bonum et utilitatem nostrae patriae concernunt, vobiscum provideam et agam.



A M. AKADEMIA TÖRTÉNELMI BIZOTTMÁNYÁN KIADÁSAI.

M. TÖRTÉNELMI TÁR. I. köt. X. és 260 l. egy pecsétmással 2 frt. 10 kr.
— — — II. köt. 215 l. 100 rézbe metszett pecsétmással 2 frt 10 kr.
— — — III. köt. 264 l. egy czímerrajzzal 1 frt 40 kr.
— — — IV. köt. 260 l. 1 frt 40 kr.
— — — V. köt. XVIII. és 231 l. 1 frt 40 kr.
— — — VI. köt. 264 l. egy pecsétrajzzal 1 frt 60 kr.
— — — VII. köt. 266 l. 1 frt 60 kr.
— — — VIII. köt. 259 l. 4 kőirati tábl. 1 frt 60 kr.
— — — IX. köt. 244 l. 1 frt 38 kr.
— — — X. köt. 240 l. aranybullák s okm. másaival 1 frt 60 kr.
— — — XI. köt. 240 l. 1 frt 38 kr.
— — — XII. köt. 292 l. 1 frt 70 kr.

A tizenkét kötet ára együtt tizenöt forint.

MONUMENTA HUNGARIAE HISTORICA. Magyar Történelmi Emlékek, [illegible] számból álló folyam ára 10 frt 50 kr., külön egy kötet ára 3 frt 15 kr.

1. 1. sz. Első osztály: Okmánytárak I. köt. (Brüsszeli Magyar Okmánytár I.)
   2. sz. Második osztály: Írók I. köt. (Szerémi György Emlékirata.)
   3. sz. — — — II. (Verancsics Munkái, I.)
   4. sz. — — — III. (Verancsics Munkái, II.)
2. 5. sz. Első osztály: Okmánytárak II. köt. (Brüsszeli Magyar Okmánytár II.)
   6. sz. — — — III. köt. (Brüsszeli Magyar Okmánytár III.)
   7 sz. — — — IV. köt. (Brüsszeli Magyar Okmánytár IV.)
   8. sz. Második osztály: Írók IV. köt. (Verancsics Munkái III.)
3. 9. sz. Második osztály: Írók V. köt. (Verancsics Munkái IV.)
   10. sz. Első osztály: Okmánytárak V. köt. (Londoni Magyar Okmánytár.)
   11. sz. Második osztály: Írók VI. köt. (Verancsics Munkái V.)
   12. sz. Első osztály: Okmánytárak VI. köt. (Árpádkori új Okmánytár I.)
4. 13. sz. Második osztály: Írók IX. köt. (Verancsics Munkái VI.)
   14. sz. Első osztály: Okmánytárak VII. köt. (Árpádkori új Okmánytár II.)
   15. sz. — — — VIII. köt. (Árpádkori új Okmánytár III.)
   16. sz. — — — IX. köt. (Árpádkori új Okmánytár IV.)
5. 17. 18. sz. Második osztály: Írók XV. köt. (Tököly Imre Naplója).
   19. sz. — — — VII. köt. (Illésházy Miklós Ferencz.)
   20. sz. — — — XI. köt. (Apor Péter Minden Munkái.)
6. 21. sz. — — — XII. köt. (Brutus Magyar Históriája, I.)

Saját alatt; rövidebb sajtókészen.

Első osztály: Okmánytárak X. köt. (Árpádkori új Okmánytár V.)
Második osztály: Írók VIII. köt. (Gyulai Lestár Szamosközi).
— — — X. köt. (Verancsics, VII.)
— — — XIII. XIV. köt. (Brutus Magyar Históriája.)
— — — XVI. köt. (Forgács Ferencz Commentáriusai.)

TÖRÖK-MAGYAR-KORI TÖRTÉNELMI EMLÉKEK. Első osztály: I. II. (Okmánytár a Hódoltság történetéhez Magyarországon. I. II.) XXX. 465 és 480 l. 6 frt.

MAGYAR LEVELES TÁR, I. kötet. Négyszáz magyar levél 1504—1560. X. 432 l. 9 kőirati táblával 4 frt.

UNRC

Stanford University Libraries
3 6105 005 505 586
DB
932
M64
v.6-7
1860-1863

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
CECIL H. GREEN LIBRARY
STANFORD, CALIFORNIA 94305-6004
(415) 723-1493

All books may be recalled after 7 days

DATE DUE